

Iis fides est, vbi abiecti sunt cly
pei fortium, vbi populus mi-
serè periit, aut turpiter in ma-
nus Philistinorum, id est Apo-
statarum deuenit.

Ita quoque nec ullam vineæ
faciem vides, cùm Apostolicis
Constitutionibus & antiquissi-
mis ritibus antiquatis, sepes,
qua vinea sepiebatur prostrata
sit: cumque nullus palmes cum
vite, nulli digni pœnitentiæ fru-
ctus, nullum torcular, canalia
verò perrupta, & Sacramenta
maxima ex parte sublata: nul-
lus Paterfamilias, & cœlestis a-
gricola, nullum opus bonum
fructuosum, vnde mercedē de-
narij, qui laborarunt, accipiāt,
apparent. Ferus enim aper ex
sylua, id est ex multiplicium er-
rorum tenebris in vineam ir-
rupit, hancque omnibus dire-
ptis atque fædatis exterminauit,
et sicut cucumrariū dereliquit.

id est

Præterea